amine cordis sui interiora discutiat: et sagaciter querat q̄ hūilitate repugnet sup̄bię: q̄ beniuolētia obluet̄ inuidię: q̄ non capiat̄ adulantū linguę: q̄q̄ bonis delectet̄ alienis: an p̄ malo nō cupiat malū reddere: malitq̄ inultas obliuisci iniurias: q̄ imaginem et similitudinē sui cōditōis amittere: q̄ oēs ad cognitionē sui generalibus incitās donis: pluit sup̄ iustos et iniustos: et solē suū ouiri facit sup̄ bonos et malos: ac ne in multis laboreret sollicitē discretiōis inspectio: ipsā matrē virtutū omnium̄ charitatē in secretis suę mētis inquirat: et si eā dilectionē dei et p̄mitoto intētoq̄ corde repererit: ita vt etiā inimicis suis eadē velit tribui: q̄ sibi optat impendi. Quisq̄s h̄mōi est: deū et rectorē et habitatorē sui esse non dubitet: quē tanto magnificētius recipit: quātomagis nō in se sed in dño gloriat̄: qm̄ quib⁹ dicit̄: Regnū dei intra vos est: ipsi etiā agunt̄ illi⁹ spū: cuius regunt̄ imperio. Sciētes igit̄ dilectissimi q̄ charitas deus est: qui opat̄ oia in omnib⁹: sc̄tami charitatē: ita vt in vnū castę dilectionis affectū vniuersorū fidelium̄ corda cōcurrant. Trāseuntia vos et vana nō occupent: cōstanti desiderio ad ea quę semp sunt mansura tendam⁹. Sacramētū em̄ p̄sentis festi oportet in nobis esse p̄petuū: qđ vtiq̄ sine fine celebrabit̄: si in omnibus actibus n̄fis dñs ch̄ist⁹ appareat: q̄ viuut et regnat cū p̄fe et cū spū sancto in sęcula sęculorū: Amē.

**In eodem festo: Sermo VI Sermo XXXIII.**

**H**ic per celebrauimus diē quo ex iudæis dñs natus est: hodie celebram⁹ quo a gentib⁹ adoratus est: quoniā salus ex iudæis: sed hęc salus vsq̄ ad fines terre. Nam et illo die pastores adorauerūt: hodie magi. Illis angeli: istis autē stella nūciauit. Vtriq̄ de celo didicerūt: cum regem celi in terra viderūt: vt esset gloria in excelsis deo: et in terra pax hominib⁹ bonę voluntatē. Ipse est em̄ pax nostra: qui fecit vtraq̄ vnū. Jam hoc infans natus atq̄ annūciat⁹ ostendit̄ lapis ille angularis: iam in ipso primordio natiuitatis apparuit. Duos ex diuerso parietes in se copulare laz cepit: pastores a iudæa: magos ab oriente p̄ducens: vt duos conderet in se in vnū hominē nouū faciens pacem: pacē his qui longe: et pacē his q̄ p̄pe. Jōq̄ illi ipso die de p̄mo veniētes:

Watt. 5.  
Job. 15.  
Pbl. 2.

Watt. 5.  
1. Cor. 1.  
Luc. 17.  
E  
Job. 4.  
Luc. 2.  
Watt. 2.  
Luc. 2.  
Ep. 2.





Ser. XXXV. In festo Ephie dñi Ser. VII

isti hodie de lóginquo pueniētes: duos dies celebrādos posteris signauerūt: vnā tñ lucē mūdi vtriq; viderūt. Sz hodie d̄ istis loquē dū ē: q̄s de remotis tris fides duxit ad xpm. **B** **Wattb. 2.** Venerūt em̄ z q̄serūt eū dicētes: Ubi est q̄ nat⁹ ē rex iud̄eorū? Uidim⁹ em̄ stellā ei⁹ i oriē te: z venim⁹ adorare eū. Annūciāt z interro- gant: credūt z q̄rūt: tanq̄ significātes eos q̄ ambulāt p fidē z desiderāt speciē. **2. Cor. 5.** Nōne alij reges iud̄eorū iam toriēs i iud̄ea nati erant? Quid ē q̄d iste ab alienigenis i celo agscit: i tra q̄rif: in alto fulget: i hūili later? In oriē te magi viderūt stellā: z i iud̄ea natū intel- lerūt regē. Quis est iste rex tā paru⁹: tā ma- gn⁹: nōdū in tris loquēs: iā in celo edicta p/ ponēs? Uerūtū ppter nos q̄b⁹ de sc̄pturis suis sancti inotescere voluit: ipsos etiā ma- gos q̄b⁹ tā clarū signū in celo dederat: z q̄rū cordib⁹ se insinuatū eē reuelauerat: ppheti tñ suis de se credē voluit. Querēdo em̄ ciui- tatē in q̄ nat⁹ erat quē videre z adorare cupi- ebāt: necesse habuerūt p̄c̄ctari p̄ncipes iu- d̄eorū: vt illi de sc̄tā sc̄ptura quā in ore nō in corde gestabāt infideles fidelib⁹ de grā dei r̄nderēt. Abēdaces a se: veraces s̄ se. Quātū em̄ erat vt illis q̄rētib⁹ xpm comites fierēt: cū ab eis audissēt: q̄ visa stella ei⁹ venerint eū adorare cupiētes: ipi eos ad bethleē iud̄e quā de libris diuinis indicauerāt ducerent: parit viderēt: parit adorarēt. Nūc x̄o alijs demōstrato vite fonte: ipi sūt mortui sicca- te: factiq; sūt eis tanq̄ lapides a militario: q̄ viatorib⁹ ambulātib⁹ aliqd̄ osiderūt: s̄ ipsi solidi atq; immobiles remāserūt. Adagi q̄re- bant vt iuenirēt: herodes q̄rebat vt pderet. Iud̄ei ciuitatē nascētis legebāt: t̄pus veniē- tis nō intelligebāt. Int magorū piū amorē z herodis crudelē timorē illi euanuerūt beth- leē demōstrātes. Christū autē q̄ ibi nat⁹ ē: nō nūc q̄sitū s̄ visū postea negaturi: nec nūc in- fantē s̄ loquētē postea negaturi. Sclix poti⁹ infantū ignorātia q̄s herodes p̄secut⁹ ē ter- rit⁹: q̄ istorū sc̄ia q̄s cōsuluit pturbat⁹. Illi p xpo potuerūt pati: quē nōdū poterāt cōfite- ri: Isti docēt nō secuti sūt x̄itātē: cui⁹ nascē- tis potuerūt nosse ciuitatē. Adagos sane ad ipm̄ pprie locū vbi dei x̄bū infans erat illa **L** stella pduxit. Hic iā erubescat stulticia sacri- lega: z q̄dā vt sic dicā indocta doctrina: q̄ iō putat xpm̄ s̄ stellaz decreto eē natū: qz scri- ptū ē in euāgelio: qm̄ nat⁹ ē stellā ei⁹ magos i oriēte vidisse. Qd̄ vex nō eēt nec si hoies s̄ decreto eiusmodi nascerent: q̄ nō sic dei filii⁹

ppria volūate: s̄ naturę mortalis cōditioe nascuat. Nūc autē tantū abhorret a vero s̄ stellato fato natū eē xpm̄: vt n̄llos hoies ita nasci credat q̄s q̄s recte credit i xpm̄. Sed de genituris hoim̄ vani hoies loquā q̄d̄ insi- piēter opinant: negēt volūtatē q̄ peccāt: cō- fingāt necessitatē q̄ peccata defendāt. Per- ditos mores p̄ q̄s in tra ab hoib⁹ detestant: in celo etiā figere conent: z a syderib⁹ manā- re mētiant. Uideat tñ vnusq; coꝝ quē ad- modū nō vitā s̄ familiā suā q̄licūq; ptate re- gendā putet: qm̄ quidē ista sentiēdo seruos suos i domo peccātes x̄berare nō sinit: nisi p̄us deos suos i celo radiātes blasphemare cogatur. Christū tñ isti nec fm̄ suas vanissi- mas cōiecturas: z nō sane fatidicos: s̄ plane falsidicos libros iō putēt s̄ stellarū decreto esse natū: qz eo nato stellā magi i oriēte vide- rūt. Hinc em̄ poti⁹ x̄ps nō s̄ dñatu ei⁹ s̄ dñs ei⁹ apparuit: qz illa nō in celo sydereas vias tenuit: s̄ hoib⁹ q̄rentib⁹ xpm̄ viā vsq; ad lo- cū in q̄ nat⁹ fuerat demōstrauit. Uñ nō ipsa xpm̄ fecit mirabilit̄ viuere: s̄ ipsa fecit christ⁹ mirabilit̄ apparere. Nec ip̄a xpi mirabilia de- creuit: s̄ ip̄am christus inf̄ sua mirabilia de- mōstrauit: Ip̄e em̄ nat⁹ ex m̄re de celo terre nouū sydus on̄dit: q̄ nat⁹ ex p̄fe celū terrāq; formauit. Eo nascēte lux noua ē i stella reue- lata: q̄ moriēte lux antiq; ē in sole velata. Eo nascēte sup̄i nouo honore claruerūt: q̄ moriē- te inferi nouo timore tremuerūt: q̄ resurgēte discipuli nouo amore exarserūt: q̄ ascēdente celū nouo obseq̄o patuerūt. Celebrem⁹ s̄ de- uota solēnitare z hūc diē q̄ cognitū xpm̄ ma- gi ex gētib⁹ adorauerūt: sic celebrāuim⁹ illū diē q̄ natū xpm̄ pastores ex iud̄ea viderūt. Ip̄se em̄ dñs de⁹ n̄r q̄ elegit ap̄los ex iud̄ea pastores: p̄ quos cōgregaret saluādos etiāz ex gentib⁹ peccatores.

In eodem festo: Sermo VII Ser. XXXV

**D**omini z saluatori n̄ri iesu xpi aduē- tus i carne i ipso de x̄gine rudi ei⁹ ex ortu manifestari gentib⁹ cepit: cū ad eū adorādū magi ab oriēte venerūt. Hic di- es solēnissim⁹ debita sc̄titate est fact⁹ eccl̄ie: maxie q̄ creuit ex gentib⁹ et angulari lapide altēz parietē structura vberiore cōpegit: vt illi pax n̄ra faceret vtraq; vnū: ex circūcisiōe z h̄putio cōdens eccl̄iā. Uñ z lapis angula- ris dicit⁹ ē tanq̄ i se copulās ex diūsitate ve- niētes: vt cōmutaret vtrosq; in vno corpore deo: sic p̄phetica z euāgelica z aplica doctri- na testat. Nato itaq; dño ex virgine quem

Wattb. 2.  
Ep̄b. 2.



Ser. XXXVI Do. intra oc. epi. dñi Ser. I

Luc. 2. diē nuprime celebrauim<sup>o</sup>: pastores admoni  
 ti ab angelis fm Lucā euāgelistā ad infāris  
 uerbi p̄sepe uenerūt. Pastores autem illi  
 israelitē fuerūt. Ecce p̄signatus ē vn<sup>o</sup> paries  
 et angularē lapidem de circūcisiōe p̄currēs.  
 Matt. 2. Paucis dieb<sup>o</sup> inde trāfactis: hodie magi ab  
 oriēte uenisse credunt: et illi<sup>o</sup> paruuli magni  
 tudinē cognouisse: q̄s mattheus euāgelista  
 cōmemorat. Ecce al<sup>o</sup> paries ex p̄putij despe  
 ratiōe cōcurrēs nos pp̄ue figurauit: et diem  
 nobis festū familiari leticia gemiauit. In ce  
 lo em̄ uidētes ignotissimā stellā: nō an pau  
 cos dies sed ante ferme biennū: sic in q̄rētī  
 herodi patefecerūt. Unde a bimatu et infra  
 fm temp<sup>o</sup> ut scriptū est qd̄ inq̄sierat a mag<sup>o</sup>.  
 Hanc stellā sic intelligit admirati: cui<sup>o</sup> etiaz  
 esset cōsequētī reuelatione nosse meruerūt:  
 reges uidelicet iudeoz: eoq; nato cū ad hoc  
 ei<sup>o</sup> ḡra cognouissent: ad eū adorandū hodie  
 occurrere potuerūt. Non utiq; regi iudeozū  
 q̄lis esse illic solebat hūc tā magnū honorē  
 longinqui alienigenē et ab eodē regno proz  
 sus extranei a se deberi arbitrabant: sed tū  
 natū esse didicerāt in q̄ adorādo se salutē q̄  
 fm deū est cōsecuturos minime dubitarēt.  
 Necq; em̄ etas erat saltē cui adulatio hūana  
 feruere: non sub poplice sella regalis: nō de  
 mēbris purpura: nō de capite diadema ful  
 gebat: nō pompa famulātū: nō terror exer  
 citus: nō gloriozū fama p̄lioꝝ hos ad eum  
 viros ex remotis terris cū tanto uoto suppli  
 cationis attraxerat. Facebat in p̄sepe puer  
 ortu recēs: exigū<sup>o</sup> corpe: p̄tēptibil<sup>o</sup> pauprate:  
 et magnū aliqd̄ latebat i paruo qd̄ illi hoies  
 p̄mitiē gentiū nō terra portāte s̄ celo narrā  
 te didicerāt: qui tā ex lōginquo tā suplices  
 ueniebāt: et qd̄ intuēdo nō uidebāt p̄mereri  
 adorādo cupiebāt. Regina quedā austri ve  
 nerat a finib<sup>o</sup> t̄re audire sapientiā Salomo  
 nis: nec illa regni ei<sup>o</sup> sublimitate sed mentis  
 luce cōmota est. Uerūtū inerat in salomone  
 doctrina: q̄ uerbis ei<sup>o</sup> lōgissime ac latissime  
 diffamatis ad discēdū potuit studiosos ani  
 mos excitare: p̄inde illa nō latentē deū sed  
 loquētē hominē nō adorare uenerat s̄ audi  
 re. Hic asit q̄ donauerat illā sapientiā salo  
 moni: et erat uirt<sup>o</sup> ac sapiētia dei infirmitate  
 carnis indut<sup>o</sup>: adhuc p̄ pusillā etatē tacebat  
 in terris: etiā p̄ amplissimā maiestatē clare  
 bat i celis. Quid times herodes? Quid ma  
 ligna mēte turbaris? Si salutē tuā sapias:  
 ille nat<sup>o</sup> ē p̄ quē regnū dei uideas. Quid se  
 uis? Quid occidis infantes? Quid etatē in

noxia noxi<sup>o</sup> insectaris? A gladio regis hui<sup>o</sup>  
 nemo erit crudelitate s̄ pietate securus. De  
 testanda ergo regis herodis insania: s̄ ma  
 gis mirāda iudeoz stulticia: p̄pter q̄s iudi  
 candos dispositiōe diuina se a cōspectu ma  
 gozū christū q̄rentiū parūp illa stella subtra  
 xit. Apparuit nāq; ut locum in q̄ puer fuerat  
 demonstraret. Poterat utiq; inder etiā ciui  
 tatis existere: sed qd̄ in berhleē iude christ<sup>o</sup>  
 nascere: de libris sanctis interrogati iudei  
 p̄ferre debuerūt: parati ad legendū: ccci ad  
 intelligendū: duri ad credendū. Hos q̄ nos  
 in uetustate l̄q; dimittamus: et ex eoꝝ adiuti  
 codicib<sup>o</sup> adorandū christū cū istis alienige  
 nis agnoscamus.

Itē in eodē festo alius sermo fa  
 ctus ad fratres in heremo: qui int  
 sermones ad eosdē habet XLIII.

Dñica intra octauas Epiphanię Sermo XXXVI.  
 dñi de baptismo christi: Sermo I

Intelligere possum<sup>o</sup> frēs charissimi  
 i quātā gratiā christo dño debeam<sup>o</sup>:  
 qui uota uotis accumulat: gaudia  
 gaudijs multiplicat. Ecce em̄ adhuc exulta  
 mus christū dñm natū: etiā eū letamur pro  
 salute hūani generis baptizatū. Necdū ort<sup>o</sup>  
 est eius expleta festiuitas: et iā baptismatis  
 ei<sup>o</sup> est celebrāda solēnitas. Uir nat<sup>o</sup> ē homi  
 nib<sup>o</sup>: et iā renascit sacramētis. Hodie em̄ licz  
 post multa annozū curricula cōsecratus est  
 in iordane. Ita ergo disposuit dñs ut uotis  
 uota subiungeret: hoc est in vno eodēq; tē  
 pore et ederet p̄ uirginē et p̄ mysteriū gigne  
 retur: essetq; cōtinuata festiuitas carnis na  
 tiuitas atq; baptismatis: ut quēadmodum  
 tunc eū miramur incorrupta matre p̄geni  
 tum: ita et nunc suscipiamus illū pura vnda  
 submersuz. Et gloriemur in vtroq; facto: qz  
 filiū genuit mater et casta est: et qz christū vn  
 da lauit et sancta ē. Nā sicut post partū glo  
 rificata est marię castificatio: ita post baptil  
 mū aquę est purificatio cōprobata: nisi qd̄  
 pene maiorū munere q̄ maria vnda ditata  
 est. Illa em̄ sibi tantū meruit castitatē: ista  
 nobis p̄tulit sanctificationē. Illa meruit ne  
 peccaret: ista ut peccata purgaret. Illa pp̄a  
 delicta a se repudiat: ista i se p̄ dei ḡraz alie  
 na cōdonat. Illi est collata uirginitas: isti do  
 nata secūditas. Illa vnū p̄creauit et pura ē:  
 ista generauit plures et uirgo ē. Illa p̄ter xpm̄  
 nescit aliū filiū: ista cū christo mat̄ est p̄loꝝ.  
 Natalis q̄ hodie alter est quodāmodo sal

3. Regl. 10.  
 Matt. 2. 12.

Sermo XXXVI.  
 A

B



Ser. XXXVII Do. intra oc. epi. dñi Ser. II

uatoris. Nam iisdem eū signis: iisdem miraculis cognoscimus genitū: sed nunc maiore mysterio baptizatū. Deniq; spūsanct⁹ qui tunc illi in ytero affuit: modo eū in gurgite circūfulsit. Qui tūc mariā castificauit: nunc fluenta sanctificat. Pater qui tūc obumbravit in virtute: nūc clamat i voce: et quasi maturiore cōsilio qui tūc ymbriā p̄stitit natiuitati: modo testimoniu p̄hibet veritati. Ait enim deus: Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi cōplacui. P̄clarior plane est secunda q̄ p̄ma natiuitas. Illa enim sine teste silentio christū genuit: ista cū diuinitatis p̄fessione dominū baptizauit. Ab illa se ioseph q̄ pater putabat excusat: in hac se pater qui non credebatur insinuat. Ibi laborat suspitiōib⁹ mater: q; professioni deerat pater: hic honorat genitrix: quia diuinitas filiu p̄statur. Honoratior inq; secūda q̄ prima natiuitas. Si quidem pater hic deus maiestatis inscribit: illic ioseph artifex estimat. Et licet in vtraq; domin⁹ p̄ spūsanctū et nat⁹ sit et baptizat⁹: tamē honoratior est qui de celis clamat: q̄ qui in terris laborat. Ioseph ergo faber in terris pater putabat eē domini saluatoris: nec ab hoc opere deus qui vere est pater dñi nostri iesu christi excludit: Nam est et ipse faber. Ipse enim est artifex: qui huius mūdi machinā: nō solum mirabili sed etiaz ineffabili potentia fabricauit. Tanq; sapiens architectus celū sublimitate suspēdit: terram mole fundauit: maria calculis alligauit. Ipse artifex: qui i nostris morib⁹ p̄cidit sup̄flua opa: vtilia queq; cōseruat. Ipse est artifex: cuius securim ad radicem nostrā postrā iohannes baptista cōminat: vt omnis arbor que norma iuste discretionis excesserit: excisa radicitus tradat incendio: Que autē mensurā veritatis habuerit: celesti fabricę depute. Iohdie ergo baptizat dñs i iordane. Quale est hoc baptismū: vbi prior est fonte ille q̄ mergitur: vbi dum susceptū aqua deluit: nō sordibus inficit sed benedictiōibus honorat. Quale inq; saluatoris est baptismū: in quo purgant potius fluenta q̄ purgant. Nouo enim sanctificatiōis genere christū nō tam lauit vnda q̄ lota est. Nam ex quo saluator in aqua se mergit: ex eo omniū gurgitū tractus cunctoꝝq; fontium venas mysterio baptismatis cōsecrauit. Et quisq; ibi in noie domini baptizari voluerit: nō tam illū mundi aqua diluat q̄ christi vnda purificat. Sal-

uator autem ideo baptizari voluit: non vt sibi mūdiciā acq̄reret: sed vt nobis fluenta mūdaret. Interea magoꝝ beata legatio p̄ducta ad sacra cunabula radio desup̄ currete mirat: iudeā p̄cedit ethiopia peccati exuenda nigredine: et fidei induenda candore. Stupenda dignatio: Inter amplexus genitricis includit: qui celū terrāq; cōplectit. In sinu m̄ris lateret: q̄ regnū patris excedit. Per simplex officiū: spiritale reuelat arcānū. Humanitas cernit: et diuinitas adorat. Exhibent aurū: thus et myrrhā: plus in mysterijs q̄ in conscientijs offerentis. In auri munere regia dignitas: i thuris vapore diuina maiestas: in myrrhę specie sepelienda demōstrat humanitas: ac sic trinitatē oblationū numer⁹ loquit: vnitatē deuotio vna testat. Per hoc q̄ puigili intentiōe cordis celum semp studeam⁹ aspicere: si ad christū cupimus puenire. Dirigat ergo nobis semital vire: p̄fecta stella iusticię: que dixit: Nō apparebis in cōspectu meo vacuus. Offeram⁹ ei aurū fidei: pietatis aromata: castitatis hōlocauista. Spiritale quoq; myrrhā habeam⁹ i nobis: q̄ ita animas n̄ras cōdiat vt illefas a peccati corruptiōe custodiat: qd̄ ipse p̄stare dignet: qui viuuit et regnat p̄ omnia sęcula sęculozū: Amen.

In eadē dominica: Sermo II XXXVII.

Inter fr̄es dilectissimi de solennitate diei hui⁹ veterū sit diuersa traditio: vna tñ sanctę deuotiōis est fides. Et q̄q; nōnulli hodie dñm nostrū iesu christū stella duce veniētib⁹ ab oriēte magi estimēt adorati: Alij autē asserāt eū aquas in vna mutasse: Quidā vero baptizatū illū a iohāne cōfirmēt: In oib⁹ dei fili⁹ credi: in omibus est vera festiuitas. Nam qd̄ magis vtiq; gentib⁹ et adorare dñm et munera offere cōcedit: gentiū ē p̄figurata vocatio. Ad aque vō transformant in vinū: religionis n̄fę designat arcanū. Ad vō fluētis iordanis baptizat iesus: aque n̄fo baptismati consecrant. Oportet itaq; charissimi: vt aliq̄ nūc de ipō baptismate sanctitati v̄fę pur dñs donauerit p̄feram⁹: vt fil et hūilitatē saluatoris n̄ri: et mysterioꝝ gl̄iā cognoscatis. Predicabat i deserto iohānes baptismū penitētię p̄lo: in remissionē pctōꝝ: nō quo crimia cōmissa deleteret: sed q̄ emēdaret errātes. Nam remissio pctōꝝ christi ḡfę seruabat. Confluebat q̄ ad iordanē desiderio lauari diuisoꝝ copiosiss-

Exo. 23.

Sermo

XXXVII.

A

Wattb. 2.

Job. 2.

Wattb. 3.

B



Ser. XXXVIII. Do. intra oc. epi. dñi Ser. III.

ma multitudo: quarū erāt tā scelerati act⁹: vita tā pdita: vt eos venerabil baptista vi- pereo semini cōparet. In huiusmodi hoies ille virtutū celestiu domin⁹: ille qui respicit terrā ⁊ facit eam tremere: christus iesus: nō dedignat̄ humilis et quietus ad seruuū sui baptismū pperare. Sed quid mirū de mansuetudine si se pphete manib⁹ inclinauit q̄ se ab inimicis suis passus est crucifigi? Quo pperate ad fluuiū: talē Jobes circūstantib⁹

Job. 103.

turbis erupit in vocē: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi: hoc ē dicere: Lessate iam: cessate a baptismo meo quo p̄nitentia incepit: Ecce baptista p̄ quē crimina dimittunt: desinite vltterius a cōseruo vestro baptizari velle: p̄sens est domin⁹ omnīū nostrū qui baptizat ad vitā. Illuz sequimini: illi credite: ab illo lauacrū salutis tota mēte supplices postulate: a quo ⁊ ego ipse baptista vester cupio baptizari. Nō renuit quidē iesus testimoniū vocis hui⁹: sed qui p ordinē vellet vniuersa cōplere: nihilomin⁹ baptizari se expedit a iohāne: ⁊ a baptista deuotus baptizādī sui potentia tremefact⁹ ait: Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me: id ē: qm̄ ego creatura sum: tu creator. Ego seru⁹: tu dñs. Ego figura: tu veritas. At iesus ait: Sine modo. Sic em̄ decet nos implere omne iusticiā: id est quid nūc ista cōmemoras: ppositum suscepi hūilitatis: implendū est. Tunc ille qui p̄sumere formidabat: velocit̄ paruit p̄cipientis imperio. Baptizat ergo iesus nō sibi: sed nobis. Baptizat vt nō purificet aquis: sed vt aquas ipse sanctificet. Baptizat nouus homo: vt noui baptismatis cōstituat sacramentū. Aperti sunt inqt̄ ei celi. Estimo vt in celestib⁹ esset miraculū de his q̄ gerebant̄ in terris: sicut ait scriptura: In quē cōcupiscūt angeli p̄spicere. Quō enim poterant non mirari virtutes celozū ⁊ dominatiōes: cherubin ⁊ seraphin: cū viderent dominū sabaoth in fluuiō a iohāne baptizari? Ut aut̄ iohānis testatio etiā celesti testimonio cōfirmer̄: vidit sp̄m̄ sanctū corporali specie: quasi columbā descēdentē ⁊ manentē sup iesū: Audit et patrē dicentē: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi cōplacui bene. Aduertite dilectissimi fratres quāra nobis in baptismo dñi nostri iesu christi patefacta sit gratia: q̄ subtili sacramēto trinitas se homi reuelauit. Pater em̄ audis in voce: filius manifestat̄ in homie: spiritus

Matth. 3.

paruit p̄cipientis imperio. Baptizat ergo iesus nō sibi: sed nobis. Baptizat vt nō purificet aquis: sed vt aquas ipse sanctificet. Baptizat nouus homo: vt noui baptismatis cōstituat sacramentū. Aperti sunt inqt̄ ei celi. Estimo vt in celestib⁹ esset miraculū de his q̄ gerebant̄ in terris: sicut ait scriptura: In quē cōcupiscūt angeli p̄spicere. Quō enim poterant non mirari virtutes celozū ⁊ dominatiōes: cherubin ⁊ seraphin: cū viderent dominū sabaoth in fluuiō a iohāne baptizari? Ut aut̄ iohānis testatio etiā celesti testimonio cōfirmer̄: vidit sp̄m̄ sanctū corporali specie: quasi columbā descēdentē ⁊ manentē sup iesū: Audit et patrē dicentē: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi cōplacui bene. Aduertite dilectissimi fratres quāra nobis in baptismo dñi nostri iesu christi patefacta sit gratia: q̄ subtili sacramēto trinitas se homi reuelauit. Pater em̄ audis in voce: filius manifestat̄ in homie: spiritus

1. Petri. 1.

Luc. 3.

sanctus dinoscit̄ in colūba. Mirifico aut̄ mysterio dominus noster iesus christus vel tactu corporis sui: vel transtu glorie sue omnē ad momentū creaturam sanctificat: viuificat ⁊ illustrat. Aquas em̄ cōsecrat dñi baptizat: terram sanctificat duz sepelit: mortuos suscitāt dum resurgit: celestia glorificat dum ascendit ad celum ⁊ sedet ad dexteram patris.

In eadem dominica de Trinitate ⁊ columba: Sermo III

Sermo XXXVIII.

Quāis fratres i hui⁹ exilij erumno- sam cecitatem p̄ originalis peccati iustissima p̄na a gaudio beate felicitatis deieci sumus: nō tamē ita inde p̄cissi atq̄ abrupti sumus vt nō etiā in istis mutabilibus eternitatē: veritatē: beatitudinē q̄rere vel desiderare ignoremus. Ad ex eo p̄spiciū est: q̄ nec mori: nec falli: nec miserī eē voluntatē habemus. Unde ex hoc naturalī instinctu beatos esse velle qui est omnibus licz diuerso modo in animis singulorū beatitudinis appetitus fiat. Quidā em̄ beatum existimāt esse regno potiri terreno: alij diuitijs abundare: alij honoribus exaltari: Quidam dō laudibus celebres esse gaudēt: alij voluptatib⁹ inhiant carnalib⁹. Sed nequāq̄ in huius vitē volubilitate vera inueniri poterit beatitudo. Quocirca tota sācta series scpturaz nos a terrenis ad celestia erigi adhortat: vbi vera ⁊ sempiterna est beatitudo: ad quā nisi p̄ fidem catholice pacis cooperatē charitate dei et primi neminē puenire posse certissimū est. Deniq̄ ad verā beatitudinē puenire volentib⁹: p̄mo omnīū fides necessaria est: sicut apostolica docet auctoritas dicens: Sine fide impossibile ē placere deo. Constat ergo neminē ad verā puenire posse beatitudinem: nisi deo placeat: et deo neminē posse placere nisi per fidem. Fides nāq̄ est bonorum omnīū fundamentū. Fides est humanę salutis initū ⁊. Sine hac nemo ad filiorum dei consortiū potest puenire: quia sine ipsa nec in hoc seculo quisq̄ iustificationis exequit̄ gratiā: nec in futuro vitam possidebit eternam. Et si quis hic nō ambulauerit per fidem: non pueniet ad speciem beate visionis domini nostri iesu christi. Proinde ois anima rationalis etate cōgrua discat fidē catholicā: maxime ppli p̄dicatores christiani: et eccliaz dei doctores vt possint vitati p̄dicentib⁹ resistere ⁊ catholicā

A

Deo. 11.

2. Cor. 5.

B



## Sancti Augustini de tempore

amantibus pacē pdesse. Quō em̄ docet quis  
qđ nō didicerit: v̄l qualis pastor esse poterit  
si pane vitę gregē sibi cōmissū pascere igno-  
rat: nō erubescat discere nesciens qđ igno-  
rat: nec scies tard⁹ sit docere qđ nouit. Sciat  
vterq; suo dño acceptę pecunię rōnez se red-  
diturū: Tūc desiderabilē fidelis seruus au-  
dierit vocē dñi dicētis: Euge serue bone et fi-  
delis: q; sup pauca fuisti fidelis: supra multa  
te cōstituā: intra in gaudiū dñi tui. Omnis  
itaq; sc̄ptura veteris ac noui testamēti diui-  
nit⁹ inspirata si catholice intelligit: hoc in-  
fluat: q; pater et filius ⁊ spūs sanctus vnus  
sit de⁹: eiusdē substātię vnusq; essentię: atq;  
insepabilis in diuinitate vnitas. Ideoq; nō  
sunt tres dñi sed vnus deus: pater ⁊ filius et  
spūs sanct⁹. Quis pat filiū genuerit et ideo  
filius non sit qui pater est: fili⁹ q; a patre sit  
genitus ⁊ ideo pater nō sit qui fili⁹ est: spūs  
sanctus nec pater sit nec filius sed tm̄ patris  
⁊ filij spūs: patri ⁊ filio etiā ip̄e cōequalis et  
ad trinitatis ptinēs vnitate: Et hęc trinitas  
vnus deus est ex quo oīa: p quē oīa: ⁊ i quo  
oīa: beato paulo attestante vbi ait: Quā ex  
ipso ⁊ p ipsum ⁊ in ipso sunt omnia: ipsi glo-  
ria in secula seculorū: amē. Teneam⁹ igitur  
firmissime patrē ⁊ filiū ⁊ spūs sanctū vnū esse  
naturalit̄ deū: neq; tm̄ patrē ipsuz esse q; fili⁹  
est: nec filiū ipsum esse qui pater est: nec spūs  
sanctū ipsuz esse q; pater est aut filius. Vna  
est em̄ patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti essentia: in q̄  
nō est aliud pat: aliud fili⁹: aliud spūs sanct⁹:  
q;uis psonalit̄ alit̄ sit pater: alius fili⁹: alius  
spūs sanctus. Qđ nobis maxime in ipso san-  
ctarū scripturarū initio demōstrat: vbi de⁹  
dicit: Faciam⁹ hominē ad imaginē ⁊ simili-  
tudinē nostrā. Cū em̄ singulari numero dic:  
Imaginē: ostendit vnā naturā eē: ad cui⁹ ima-  
ginē hō fiebat: nō vnā esse psonā. Si em̄ illa  
vna eēntia p̄ris ⁊ filij ⁊ spūs sancti vna eēt pso-  
na: nō diceret ad imaginē n̄faz: s; ad imaginē  
meā: nec dixisset: faciam⁹ sed faciam. Si dō  
in illis tribus psonis tres essent credēde vel  
intelligēde substātię: nō diceret ad imaginē  
nostrā sed ad imagines n̄faz. Sed ad vnā  
imaginē vni⁹ dei homo factus dicit: vt vna  
sanctę trinitatis essentialiter diuinitas inti-  
maret. Hanc quoq; trinitatem psonarū atq;  
vnitate naturę ppheta Esaias reuelatā sibi  
nō tacuit: cū se dicit seraphin vidisse clamā-  
tia: Sanct⁹ sanct⁹ sanct⁹ dñs de⁹ sabaoth.  
Ubi prius in eo qđ dicit ter sanctus: pfo-

narū trinitatē: in eo dō qđ semel dicit: dñs  
deus sabaoth: diuinę naturę cognoscimus  
vnitate. Plane ergo et absq; omni dubita-  
tione credendū est patrē ⁊ filiū ⁊ spūs sanctū  
vnū esse deū omnipotentē: eternū: incōmuta-  
bilē: ⁊ singulus horū deus: ⁊ simul oēs vn⁹:  
⁊ singul⁹ quisq; horū plena ⁊ pfecta eterna  
substātia: ⁊ simul oīs vna substātia. Quia  
quicqđ est pater quo deus ē: quo substātia  
est: quo eternitas est: hoc filius: hoc spūs san-  
ctus. Ita etiā quicqđ est filius i eo qđ deus  
est: quo substātia est: quo eternitas est: hoc  
pater: hoc spūs sanct⁹ est. Et quicqđ est spūs  
sanctus i eo qđ deus est: quo substātia est: q̄  
eternitas est: hoc pater est ⁊ fili⁹. Vna ergo  
in trib⁹ diuinitas: vna essentia: vna omipo-  
tentia: ⁊ quicqđ substācialiter potest dici de  
deo. Si forte de solo patre interrogat⁹ fue-  
ris: Quid sit pater? Respōde: deus. Inter-  
rogat⁹ de filio: Respōde: deus. Interroga-  
tus de spūs sancto: Respōde: deus. Si inter-  
rogat⁹ fueris simul de patre ⁊ filio ⁊ spūs san-  
cto: nō deos: sed deū respōde vnū: omni-  
potentē: incōmutabilē. Sciendū est dō q; que-  
dā de deo substācialiter dicunt: vt deus est  
magn⁹: om̄ps: ⁊ quicqđ ad se dicit: id est s̄-  
stantiā diuinitatis significās. Quēdam dō  
relatiue dicunt: vt pater ad filiū: fili⁹ ad pa-  
trē: ⁊ spūs sanct⁹ relatiue ad patrē ⁊ filiū: ad  
se aut̄ siue pat̄ siue fili⁹ siue spūs sanct⁹ dicit.  
Itaq; pater eo qđ de⁹ est: hoc ipso substātia  
est: q; eiusdē substātię pculdubio ⁊ fili⁹ de⁹  
⁊ spūs sanct⁹ de⁹. At dō de⁹ eo qđ p̄ est rela-  
tiue dicit: q; nō subē nomē est: s; referē ad fi-  
liū deū esse. Nec ita dicim⁹ filiū patrē eē: sic  
dicim⁹ deū eē: q; de⁹ substācialit̄ dicit: p̄ dō ⁊  
fili⁹ ⁊ spūs sanct⁹ relatiue dicit. Sic em̄ relatiue  
pater ⁊ fili⁹ dicunt: ita ⁊ spūs sanct⁹ ad patrē  
⁊ filiū qđāmodo relatiue dicit: q; patris ⁊ fi-  
lij spūs est. Sed ipsa relatio spūs sancti non  
ita reciproca rōne cōverti poterit sicut pater  
⁊ filius. Nā pater filij pater dicit: ⁊ fili⁹ p̄ris  
filius dicit: spūs dō sanctus vniformiter di-  
cit ad patrē ⁊ filium: q; patris ⁊ filij spūs ē.  
Dicimus em̄ spūs sanctū sp̄ritū patris: sed  
nō vicissim dicimus patrē spūs sancti: ne fi-  
lius eius intelligat spūs sanctus. Itē dicim⁹  
sp̄ritū sanctū sp̄ris filij: sed nō dicimus filiū  
spūs sancti: ne pater eius intelligat spūs san-  
ctus. Dicit ⁊ idē spūs donū dei: q; donator  
est de⁹ doni sui. In quib⁹ nominib⁹ circūfer-  
ri potest vicissim relatiōis regula: vt si dica-

Matt. 25.

L

Ro. 11.

1. sen. dif. 2.  
ca. omnes.

D

Gen. 1.

1. sen. dif. 2.  
ca. pponam⁹

Isa. 6.

5. de Trin/  
ca. 11.



Ser. XXXVIII Do. intra oc. epi. dñi Ser. III

mus donator doni: et donum donatoris: quia  
 in his vocabulis potuit inueniri vsitata huic  
 cathegorie q̄ dicit ad aliqd̄ circūlatio. Ergo  
 hoc donū dei: id est spūssanct⁹ qui de patre  
 et filio equaliter p̄cedit: ineffabilis quedam  
 patris filijq̄ cōmuniō est. Et ideo foras sic  
 appellat: quia patri filioq̄ potest eadē apella-  
 tio conuenire. Nam hoc ipse p̄prie dicit qd̄  
 illi cōmunit dicit: quia et pat̄ spūs et fili⁹ spi-  
 ritus recte dicit. Ergo vt nominib⁹ iunctis  
 que sepatim vtriq̄ p̄sonę cōueniūt vtriusq̄  
 cōmuniō p̄prie significet: vocat̄ spūssanct⁹:  
 que est tertia in sancta trinitate p̄sona patri  
 et filio p̄ omnia equalis: cōternus et cōsub-  
 stantialis. Et hęc trinitas vnus est deus so-  
 lus: bonus: magn⁹: eternus: omps: ipse sibi  
 vnitas: veritas: magnitudo: bonitas: omni-  
 potētia: et quicqd̄ ad se substācialiter dicit.  
 Non ita in relatiuis vocabulis intelligendū  
 est vel dicendū: quia dici non potest pater sibi  
 pater: vel filius sibi filius: vel spūssanctus  
 sibi spūssanctus: sed hęc relatiua vocabula  
 ad aliam p̄culdubio p̄sonam referri debēt.  
 Quicqd̄ ergo ad se dicunt̄ pater et filius: nō  
 dicit̄ alter sine altero: id est quicquid dicit̄  
 qd̄ substāciā eorū ostēdat simul dicunt̄. Si  
 hęc ita sunt: itaq̄ nec pater est deus sine  
 filio: nec filius deus sine patre: id est non ita  
 dicit̄ de⁹ pater quasi fili⁹ nō sit de⁹: nec fili⁹  
 ita dicit̄ deus quasi pater non sit deus: sed  
 ambo simul deus: et itaq̄ vnus deus. Quo  
 circa quicqd̄ fm substāciā vel eternitatem  
 de eis dici pōt: ambo simul sūt: et qd̄ de filio  
 dicit̄ deus de deo: lumen de lumine: ambo  
 simul lumen: sed nō pater deus de deo: nec  
 lumen de lumine: sed filius deus de deo: et lu-  
 men de lumine: ambo tñ simul et semp vn⁹  
 deus et vnū lumē. Sic etiā de alijs appella-  
 tionib⁹ q̄ fm substāciā dicunt̄: id est qd̄ siml  
 ambo sūt dici debet: vt omps: magn⁹: bon⁹:  
 eternus etc. que ad se dicunt̄. Qd̄ si ita est h̄  
 solū de eis dici non potest illud de illo qd̄ sūt  
 ambo nō sunt: sicut verbū de verbo dici nō  
 potest: quia nō simul ambo verbū sed solus fi-  
 lius: nec imago de imagine: quia nō simul am-  
 bo imago sed solus fili⁹ imago: nec filius de  
 filio: quia nō simul ambo fili⁹: nec pater de pa-  
 tre: quia nō simul ambo pater. Et ideo qd̄ euā-  
 gelista ait: Et verbū erat apud deū: multū ē  
 vt sic intelligat̄: verbū qd̄ solus est fili⁹ erat  
 apud deū qd̄ nō sol⁹ est pater sed pater et fi-  
 lius simul de⁹. In quo p̄fecte intelligit̄ qd̄ nō

p̄cessit genitor illud qd̄ genuit. Et qd̄ ipse in  
 euāgelio ait: Ego et pater vnū sumus: Tñ Job. 10.  
 sum⁹ em: id est qd̄ ille: hoc et ego fm essentia  
 nō fm relatiuū. Qd̄ dicim⁹ lumē de lumine:  
 nō duo lumina intelligēda sunt vel sepatio  
 luminis: sed intelligendū est qd̄ fili⁹ effulgē-  
 tia eterna luminis est eterni: sicut imago sem-  
 piterne substācię sempiterna ē imago. Ex-  
 emplū grā: Si queris quid sit abrahā iuxta  
 substāciā: Responde: homo. Si queris de  
 abrahā cur pat̄ sit: Relatiue responde: quia  
 filiū habet isaac. Si queris de isaac cur sit fi-  
 li⁹: Relatiue responde: quia pat̄re habet abra-  
 ham. Dis vō relatio ad aliqd̄ aliud referē.  
 Et hęc regula relatiōis in p̄sonis sanctę tri-  
 nitatis intelligēda est. Si ergo interrogat⁹  
 fueris de deo: cur dicat̄ pat̄: Relatiue respō-  
 de: quia habet filiū. Ita etiam de filio respōde  
 relatiue ideo esse filius quia habet pat̄re. Si q̄  
 dictū de deo tibi fuerit: quō pater hoc ē qd̄  
 filius: aut fili⁹ hoc ē qd̄ pater: Responde fm  
 substāciā hoc est filius qd̄ pater: hoc pater  
 qd̄ filius: quia vn⁹ ē deus et vna substācia pat̄  
 et fili⁹. Ad se em deus substācialiter dicit̄:  
 Ad pat̄re fili⁹: vel fili⁹ ad pat̄re relatiue di-  
 cit̄. Iuxta p̄sonę p̄prietatē nō est pater q̄ fi-  
 lius: nec filius qui pater: iuxta substācię vni-  
 tatē hoc pater qd̄ filius: id est deus vn⁹ om-  
 nipotens. Quicquid ergo ad seipsum dicit̄  
 deus et de singulis p̄sonis dicit̄ de patre et fi-  
 lio et spūssancto: et simul de ipsa trinitate non  
 pluraliter sed singulariter dicendū est: quia  
 quippe nō aliud est deo esse et magnū esse: vlt  
 aliud esse vel aliud bonū esse: sed hoc idem  
 est illi esse et magnū esse et bonū esse: p̄p̄tea  
 sicut nō dicim⁹ tres deos: nec tres essētiās:  
 sic nō dicim⁹ tres magnitudines: nec tres  
 bonitates: sed vnū deū: vnā essentia: et vnā  
 magnitudinē et vnā bonitatē: Absq̄ oī scz  
 dubitatioe credi necessariū ē: qd̄ pater plen⁹  
 deus et p̄fectus est: filius plen⁹ et p̄fectus est  
 deus: spūssanctus plenus et p̄fectus ē deus:  
 nō tamē tres dij pater et fili⁹ et spūssanctus:  
 sed vn⁹ deus plen⁹ et p̄fect⁹: Nec aliqd̄ ma-  
 ius tres simul dici pater et filius et spūssanctus  
 q̄ vn⁹ quilibet vel pater vel fili⁹ vel spiritus  
 sanctus: quia eadem natura est in vnaquaq̄  
 p̄sona simul dicta q̄ est in trib⁹ p̄sonis simul  
 nominatis. Nō ita dicimus in hominib⁹ fieri  
 posse: Abrahā plen⁹ homo: isaac plen⁹ hō:  
 iacob plenus homo: et hi oēs vni⁹ substācię  
 quātū ad hūanā p̄tinet naturā: non tamē hi

Job. 1.

e



## Sancti Augustini de tempore

tres vnus homo: sed tres omnimodis hoies: et aliqd malus in tribus cognoscit q̄ in q̄libet vno eorū. Item abrahā vnus homo: nō tamē tres p̄sonę in eo: sicut in vno deo tres p̄sonę plene et p̄fectę: S; vna p̄sona in abrahā sicut in vno solet homie esse. In deo autē nihil quidē fm accidens dicit: q; nihil in eo mutabile est: nec tamē omne qd de deo dicit fm substantiā dicit: vt in superiorib; diximus. Quis enī dicit pater ad filiū: fili; ad patrē fm ad aliqd: nō est tñ accidēs patri patrē esse: nec filio filiū esse: q; et ille semp pater et ille semp filius: q; eternitas et incōmutabilitas negat alicui; accidētis in deo instabilitatē: q; omne accidens fm tempus vel esse vel non esse potest vel potuit vel etiā poterit: q; pater nunq̄ nō pater: filius nunq̄ nō filius: nec cepit vnq̄ pater esse pater: nec filius esse filius. Et si aliqui cepisset pater esse pater: v; filius esse fili;: vel desineret esse qd erat: fm accidēs diceret pater vel filius. Si x̄o qd dicit pater ad seipsum diceret nō ad filiū: et qd dicit filius ad seipsum diceret nō ad patrē: fm substantiā diceret: Sed pat nō dicit pater nisi ex eo qd est ei fili;: et filius nō dicit fili; nisi ex eo qd habet patrē. Nō ergo fm substantiā vt dictū est in p̄onibus: q; nō quisq; eorū ad seipm sed ad se inuicē atq; ad alterutrū ista dicunt: Neq; fm accidēs: q; et qd dicit pater et fili;: eternū atq; incōmutabile est eis. Quis enī alius sit pater: ali; filius: nō est tñ diuersa substantiā patrē et fili;: quia hęc nō fm substantiā dicunt sed fm relatiū: qd tamē relatiū nō est accidens: qd nō est mutabile. Lū itaq; tant; solus est pater vel solus filius vel solus spūsanct;: quātus est simul pater et filius et spūsanctus: nullo mō triplex dicēd; est de;: q; nō est q̄ crescat illa p̄fectio summe trinitatis. P̄fectus autē siue pater siue filius siue spūsanct;: et p̄fect; deus pater et fili; et spūsanct;: ideo trinitas potius q̄ triplex dicēda est: habēt singule; i trinitate p̄sonę aliquid p̄p̄riū qd inseparabili equalitate aliquā in se ostendāt p̄p̄rietatē. Pater solus pater: et fili; solus filius: et spūsanct; solus spūsanct;. Et pater hoc habet p̄p̄riū: qd ex omib; q̄ sunt sol; est: q; ab alio nō est: ac p hoc solus est in paternitatis p̄sona: nō in diuinitatis essentia. Unigenit; x̄o dei fili; hoc habet p̄p̄riū qd ex solo id cōsubstantialiter: id est patre: et coessentialiter sol; genit; ē: et in hoc p̄sonę suę p̄p̄rietas. Spū-

sanctus autē hoc habet p̄p̄riū qd ex patre et filio equaliter p̄cedit: et est ambozū spiritus eiusdemq; substantię et eternitatis cū patre et filio. Sed hęc tria vere etiā tria sūt ineffabiliter: quę tria et essentialit; tria habētia p̄p̄rietates suas: Et hęc tria vnū et vere vnū: et vnū tres: sed nō tres p̄fēs: nec tres filij: nec tres spūsancti: sed tres p̄sonę: vnus pater vnus filius: vnus spūsanct;: et hi tres: id ē pater et filius et spūsanct; vnū sūt in natura omnipotētia et eternitate. Sed hoc etiā atq; etiā firmiter tenendū est: nihil in sancta trinitate ad se dictū plurali numero esse dicendum: q; simplex illa diuinitatis summe natura singulari numero dici debet nō plurali: ac ideo nō tres deos: nec tres omnipotētes: nec tres bonos: nec tres magnos: nec tres essentias in deo dicere fas est. Lū enim p̄sonaliter ali; sit pater: alius filius: ali; spiritus sanct;: his tñ vnū est nature nomē qd dicit deus vel substantiā vel essentia vel omnipotētia: vel alia multa q̄ substantialit; non relatiue de deo dicunt. Indubitātē si q̄dez credere debem; ipsaz sanctā trinitatem esse inseparabilis substantię: essentię inseparabilitę opari quicqd a singulis p̄sonis legim; opatum esse. Quis enī certissimū sit patrē esse solū q̄ dixit: hic est fili; meus dilectus in q̄ mihi bene cōplacui: Et filiū eē solū sup quē illa vox solius patris sonuit: qm in iordane fm iohannē baptizat; est: idem vnigenitus deus qui carnem solus accepit: et spūsanctū patris et filij solū esse: qui in specie columbe sup eum baptizatū ascendētē de aqua descendit: et quinquagesima die post resurrectiōnē christi fideles in vno loco positos in linguarū ignearū visione aduentens repleuit: Illaz tñ verissime vocē qua solus locut; est deus pater: et illā carnē qua sol; homo fact; est vnigenit; de;: et illā columbā in cui; specie spūsanctus sup christū descendit: illazq; linguas igneas in quarū visione fideles in vno loco cōstitutos repleuit: opa esse toti; sanctę trinitatis: id est vni; dei qui fecit i celis et in terra visibilia et inuisibilia verissime credendū est. Deus ergo p̄ imensitatē nature suę totā creaturā suā et implet et p̄tinet: ac per hoc totū quicqd est implet pat;: totū filius: totū spūsanct;: q; pater et filius et spūsanct; naturaliter vnus ē deus. Inseparabilis ergo nature vnitas nō pōt sepabiles habere p̄sonas. Hęc x̄o summe diuinitatis atq;

Wart. 3.

Act. 2.

R.



Ser. XXXVIII Do. intra oc. Epi. dñi Ser. III

individue unitatis natura q̄ ē sola vbiq; to-  
 ta: sicut vbiq; inseparabilem habet unitatem na-  
 turę vel opis: sic separationē non pōt accipere  
 psonarū. Noianē q̄dē ille psonę aliqñ singu-  
 lę: S; ita se voluit ipsa de trinitate insepa-  
 rabilē ostendere in psonis: vt nullū ibi nomē sit  
 in q̄libet psona q̄d ad aliā fm relationis re-  
 gulā nō referat. Sic pater ad filiū: vel filius  
 ad patrē: vel spūsc̄tū ad patrē et filiū veris-  
 sime referat. Ea x̄o noīa q̄ substantiā vel po-  
 tentiā vel essentiā dei significat: vel quicq̄  
 pprie ad se dicitur deus: oībus psonis equa-  
 liter cōuenit: vt deus magn⁹: bon⁹: etern⁹:  
 omnipotēs: et omīa q̄ naturaliter de deo di-  
 cunt. Nō est q̄ aliq̄d naturę nomē q̄ sic p̄i  
 cōuenire possit vt aut filio aut spūsc̄to con-  
 uenire nō queat. Deus em̄ pater naturalit̄  
 est deus: equaliter et fili⁹ et spūsc̄tū. Idcir-  
 co inseparabilis est sc̄ta trinitas in psonis sen-  
 su intelligēda: q̄uis in voce separabilia habe-  
 ant nomīa: q; pluralē numerū in naturę no-  
 minib⁹ nullaten⁹ recipit. In hoc ostēdit pso-  
 nas non posse diuidi in sc̄ta trinitate: q; cu-  
 iuslibet psonę nomen semp ad alterū recipit  
 psonā. Si patrē dicitur filiū ostēdit: si filiū no-  
 minas patres p̄dicat: si spūsc̄tū appellas  
 alicui⁹ esse spū: necesse est intelligas id est  
 patris et filij. Et hoc regulariter tenere debe-  
 mus: q; omīs naturę noīa vel essentię: sicut  
 in vna psona singulariter: sic etiā semp in tri-  
 bus singulari noīe dici debēt. Si quis vero  
 minus est in talib⁹ exercitatus mysterijs sū-  
 me trinitatis: votis agat apud deum vt in-  
 telligat q̄ dei sūt: nō mecū querelis q; ea sci-  
 p̄l que in sc̄toꝝ dicitur doctoꝝ legebā. Sciē-  
 dum x̄o est q; p omīa idē est patrē dicere et in-  
 genitū: q; et filiū non genuisset nisi p̄hiberet  
 eū dici ingentū: q; dū dicitur ingent⁹: nō q̄d  
 sit sed q̄d nō sit ille de quo dicitur ingent⁹ si-  
 gnificat. Pat̄ itaq; fm affirmatiōē: ingent⁹  
